

quos subegit Ezechias. Et hujusmodi nominibus excecantur in prophetis Judæi. IN PLAUSTRO. Quod *mademenah plastrum* dixit nemo vitio vertat: nam sententiam tantum reddere curavit Interpres. Est autem *domen*, sterquilium seu *finotum*, quasi quod in silentium seu quietem redactum sit, à verbo *damah*. Hinc velut denominativum quidam deducunt prædictam vocem; neque alibi legitur hoc nomen in Scripturâ. Constructio autem exigit Hebræis aliud verbum motis: Sicut *tritatur* in sterquilium, id est, sicut stramentum comminutum, quod in sterquilium mittitur. Non desunt tamen qui *mademenah* dicant esse nomen urbis Moab. Jer. 48 dicitur *madmen*, quod certe nomen est urbis Moab; ejus nomen interpretatur ibi Vulg. *Silens*, forte ut exprimeret allusionem ad nomen. Nam Propheta id innere videtur cum dixit: *Madmen, conticesces*, vel *tacebis*. *Madmen thademi*: que sanè interpretatio mihi arridet. Verisimile autem est quod ad Moabitas verba faciens Propheta, urbis Moabitarum meminerit. Verum cum de paleorum trituratione agitur, ferè semper de eâ est sermo qua: fit dura frumentum excutitur, vel de eâ que in usu erat in Palestinâ et in Oriente, quam commemorat Hieronymus hoc loco, ob fœni penuriam, quò fit ut Vulg. merito *plastrum* meminerit. Interpretationem de sterquilium invenit R. David, cujus tamen pater, ut ipse ait, pro nomine proprio hic accepit.

VERS. 11. — SUB EO. In medio ejus, seu in intimo. Perseverat in metaphora natantium; et Judæam, id est, Ecclesiam, comparat mari; in quâ Moabites, id est, hostes populi Dei, rari, imbelles, et in periculo, undique aque circumdati reperiuntur: quæ conditiones in servos competunt, et servitutum crederim his loqueretur formis ac figuris significari. Adde quod est gestus esse humiliantium et sese devictos fatentium, toto corpore, brachiis extensis prosterni. Fortè etiam allusio est ad quoddam gentilex devotionis genes, quæ etiam nunc apud quosdam barbaras nationes in usu est, ut curru qui vehitur idolum sese in viâ prosternant, ut mediis præscindantur rois currûs: quæ se in Deo gratissimum obsequium præstare arbitrantur. CUM ALLUSIOE MANGUM. Est hoc loco magna varietas; neque constat vel ipsis Judæis de significatione vocis *oreboah*; et quidem de radice constat, quæ *insidiari* significat, seu *insidias struere*; atque hinc deduci nomen *arabah*, id est, *foramen*, de quo, cap. 24, 18. Quid igitur impedit quominus hic pro *perforationibus* accipiatur? Neque aliud est *cam perforationibus* ma-

CAPUT XXVI.

1. In die illâ cantabitur canticum istud in terrâ Juda: Urbs fortitudinis nostræ Sion; Salvator ponetur in eâ murus et antemurale.
2. Aperite portas, et ingredietur gens justa, custodiens veritatem.
3. Vetus error abiat; servabis pacem; pacem, quia in te speravimus.
4. Sperastis in Domino in seculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

num ejus quam quod Vulg. dixit, cum allusione manuum ejus, quæ enim colliduntur, perforantur. Hæc est simplicissima interpretatio. Vir tamen quidam doctus, quia radix *insidiari* significat hoc nomen *prædationes* interpretatur. Quid autem alii afferant, videat apud ipsos, et judicet prudens lector. Ego Vulg. rectè vertisse arbitror. Nam hæc locutio convenit cum his que præcesserunt, *tritabitur sub eo*: *Expandet manus suas in medio ejus*, etc. Quòd si puncta negligas, ut interdum opus est, alius sensus his verbis suscipere potest à superioribus longè diversus, sed non propterea contemnendus; is sic habet: *Et humiliabit superbiam ejus populus insidiarum manuum ejus*, id est, populus qui hactenus insidiis Moabitarum erat expositus, nempe Israelitæ; am enim certum est *populum* significare cum alterâ motione: cætera patent.

VERS. 12. — CONSIDENT. In Hebræo est oratio activa, et in singulari, ut interpretatus sum. Sensus idem est, et in verbis videtur esse gradatio, *carebit* seu *curvari faciet*, *humiliabit*, *dejecit*; *naga* autem est *tangere*, et in tertiâ *attingere facere*. Nos dicemus: *Faciam ut osculetur terram*. Sic Ezech. 15: *Attingere faciam eam ad terram*; ubi Vulg.: *Adquabo eam terræ*; et est sermo de pariete. Id Latini *dejecere* dicunt; et illud usque ad pulverem omnimodam dejectionem designat, ut non maneat supra faciem terræ lapis super lapidem. Notus quoque Hebræis nomen est, *munitionem exaltationis murorum* pro *munitionem sublimis murorum*, ut dixit Vulg. Cæterum sicut *MOABITAS* hic intelligit hostes Ecclesie; ita per *eorum* MUNITIONES ET MROS *altitudinem extolentem se adversus scientiam Dei* intelligimus, et *munitiones* illas quas Paulus affirmat suis se armis destruere, *ut in captivitatem redigat omnem intellectum in obsequium Christi*, 2 Cor. 10; qui locus ita hunc explicat ut ad hunc allusio mihi videatur Apostolus. Sed de hæc captivitate ac victoriâ plura in sequentibus. His autem omnibus convenit ultima illa interpretatio versûs superioris; populus enim ille qui insidiis infidelium initio videbatur expositus, armis illis que commemorat Paulus, mundi superbiam deiecit et omnes mundanas sublimitates subvertit: quandoquidem imperium romanum cum Româ mundi dominâ illis cessit. Quam victoriam animo volvens Propheta, simul et novam Jerusalem animo contemplatus, vastatâ illâ impiorum hominum et homicidarum civitate, canticum propheticum more annectit.

CAPITRE XXVI.

1. Alors on chantera ce cantique dans la terre de Juda: Sion est notre ville forte; le Sauveur en sera lui-même la muraille et le boulevard.
2. Ouvrez-en les portes, et qu'un peuple juste y entre, un peuple observateur de la vérité.
3. L'erreur ancienne est bannie; vous nous conserverez la paix; oui, vous nous la conserverez, cette paix, parce que nous avons espéré en vous.
4. Vous avez mis pour jamais votre confiance dans le Seigneur, dans le Seigneur Dieu, le Fort, toujours invincible;

5. Quia incurvabit habitantes in excelso, civitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem.
6. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.
7. Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum.
8. Et in semitâ judiciorum tuorum, Domine, sustinimus te: nomen tuum, et memoriale tuum in desiderio animæ.
9. Anima mea desideravit te in nocte; sed et spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Cum feceris judicia tua in terrâ, justitiam discent habitatores orbis.
10. Misereamur impio, et non disces justitiam: in terrâ sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini.
11. Domine, exaltet manus tua, et non videant videant, et confundantur zelantes populi; et ignis hostes tuos devoret.
12. Domine, dabis pacem nobis; omnia enim opera nostra operatus es nobis.
13. Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te: tantum in te recordemur nominis tui.
14. Morientes non vivunt, gigantes non resurgunt: propterea visitasti et contrivisti eos, et perdidisti omnem memoriam eorum.
15. Indulisti genti, Domine, indulisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terre.
16. Domine, in angustia requisierunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis.
17. Sicut que concipit, cum appropinquerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tuâ, Domine.
18. Concepimus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum, salutes non fecimus in terrâ: ideò non ceciderunt habitatores terræ.
19. Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, et laudate, qui habitatis in pulvere, quia ros lucis ros tuus, et terram gigantum detrahes in ruinam.
20. Vade, populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.
21. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum; et revelabit terra sanguinem suum, et non operiet ultra interfectos suos.

VERS. 1. — Hoc canticum dicit decantandum in terrâ Jehuda. Est enim fidelium canticum, et quorum est veritatem, quam agnoverunt et corde crediderunt, ore ad salutem confiteri (1). URS FORTITUDINIS (1) CANTABITUR. A Judæis est captivitate reduciibus, Canticum. Quod Virging dramaticum censet, consansque actibus personarum sive chororum sibi succ-

s. s. XVIII.

5. Car il abaissera ceux qui sont dans l'élevation, il humiliera la ville superbe, il l'humiliera jusqu'en terre, il la fera descendre à jusqu'à la poussière.
6. Elle sera foulée aux pieds, aux pieds du pauvre, aux pieds de ceux qui n'ont rien.
7. Mais le sentier du juste est droit, le chemin du juste le conduira droit dans sa voie.
8. Aussi nous vous avons attendu, Seigneur, dans le sentier de votre justice; votre nom et votre souvenir sont les délices de notre âme.
9. Mon âme vous a désiré pendant la nuit, et je m'éveillerai dès le point du jour pour m'occuper de vous dans mon esprit et dans mon cœur. Lorsque vous aurez exercé vos jugements sur la terre, les habitants du monde apprendront à être justes.
10. Faisons grâce à l'impie; il n'apprendra point à être juste. Il a fait des actions injustes dans la terre même des saints. Il ne verra point la majesté du Seigneur.
11. Seigneur, élevez votre main, et qu'ils ne voient point. Que les peuples jaloux la voient, et soient convertis de confusion, et que le feu dévore vos ennemis.
12. Seigneur, vous nous donnez la paix; car c'est vous qui avez fait en nous toutes nos œuvres.
13. Seigneur notre Dieu, des maîtres étrangers nous ont possédés sans vous; faites qu'étant maintenant en vous, nous ne nous souvenions que de votre nom.
14. Que ceux qui sont morts ne revivent plus; que les géants ne ressuscitent point; car c'est pour cela que vous êtes venu contre eux, que vous les avez réduits en poudre, et que vous en avez effacé toute la mémoire.
15. Vous avez favorisé cette nation, Seigneur, vous l'avez favorisée; vous y avez établi votre gloire, en faisant qu'elle se soit étendue jusqu'aux extrémités du monde.
16. Seigneur, ils vous ont cherché dans les maux pressants; vous les instruirez par l' affliction qui les obligera de vous adresser leur humble prière.
17. Nous sommes devant vous, Seigneur, comme une femme qui a conçu, et qui, étant près d'enfanter, jette de grands cris dans ses douleurs.
18. Nous avons conçu; nous avons été comme en travail, et nous n'avons enfanté que du vent; nous n'avons point produit sur la terre des fruits de salut; c'est pourquoi les habitants de la terre n'ont point été exterminés.
19. Ceux que vous aviez fait mourir vivront de nouveau; ceux qui ont été tués dans moi ressusciteront. Réveillez-vous de votre sommeil, et chantez les louanges de Dieu, vous qui habitiez dans la poussière, parce que la rosée qui tombe sur vous est une rosée de lumière, et que vous ruinez sur la terre le règne des géants.
20. Allez, mon peuple; entrez dans le secret de votre chambre; fermez vos portes sur vous, et tenez-vous un peu caché pour un moment, jusqu'à ce que la colère soit passée.
21. Car le Seigneur va sortir du lieu où il réside, pour venger l'iniquité que les habitants du monde ont commise contre lui; et la terre découvrira le sang qui y a été répandu; elle ne retiendra plus dans son sein ceux qu'on y avait fait descendre par une mort violente.

COMMENTARIUM.

NOSTRÆ, id est: Habemus urbem fortissimam, obfirmatam, munitissimam. Hebræi hanc corationem per dantinentium. FORTITUDINIS. Substant. pro adject. fortis. De Jerusalem loquitur. SALVATOR, etc.; salutis enim causâ dixit enim Deus muro et antemurali; q. d., qui sunt in Ecclesia, immunes sunt ab omni periculo, (Vid. 2 Sam. 20, 45.) (Biblia Vatabli.)

di casum eum verbo, quem supplet, afferunt: *Urbs obfirmationis nobis, scilicet est. Nostra civitas est obfirmata et munitissima. Sion. Etiam si Sione sit sermo, aliquis nomen apposuit, neque in emendatis codicibus legitur. SALVATOR. De nomine ieschua vide supra, cap. 25, 9. Utroque modo hic reddi potest, et sensus idem est: *Salus ponet muros, vel salvator. Vulg. verbum Hebraicum accepit pro passivo ponetur, quod ipsemet Salvator esset muros, etc. Est autem explicatio fortitudinis seu obfirmationis. Vis scire quam obfirmata sit nostra civitas? Ipsa salus muris et propugnaculis eam cinxit: vel: Deus scilicet posuit ipsam salutem muros et propugnacula. Nemo autem est qui ipsi saluti et incoluitati possit incommodare. Rebus quidem quae salutem nunc habent crastina die salutem auferri potest; at salutem ipsam quis labefactabit? Nec aliud est quod infra cap. 60, legitur: *Et vocabis Salutem muros tuos, portas tuas, laudationem. Ubi Vulg.: Occupabit salus muros tuos, etc., ut qui salvus et incoluus esse velit, hoc faciat, ut scilicet ad te confugiat. Quid aliud, quæso, est: Porta inferi non pravalebunt adversus eam? ANTEURBALE. Lingua Punicæ barboea dicitur, teste Galeoto Marcio in libr. de Doctrinâ promiscuâ; hinc vulgò *barbacan*. Quantum autem ex voce Hebræâ conjicere possum, propugnacula puto significari quæ de muris prominent, certis quibusdam spatiis distincta, ex quibus latera eorum qui muros subtruncare volunt petuntur. Habet autem appellationem ab *strenuitate*, quæ in labore et exercitio consistit: fortè quòd ibi constituantur strenui milites.***

VERS. 2. — **APERITE.** Hæc apostropho aperit Isaias affectum suum super multitudinem novi populi Dei ad Ecclesiam et sanctam civitatem properantis. Neque dubium quin allusio sit ad Psalmum Davidis, ubi ait: *Aperite portas justitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. Hæc porta Domini; justi intrabunt per eam.* Nam et ibi de Ecclesiâ et sanctorum civitate est sermo. **GENS IUSTA.** Sagillatio et tacita reprehensio est eorum qui hactenus ingressi fuerunt; quibus *auferebam erat regnum Dei, et dandum aliis qui facerent fructus ejus. CUSTODIENS VERITATEM.* Numero multitudinis hic est, *emunim*. Carere autem Judæos emen dixerat multò ante Moses, dicens: *Natio perverissima est, filii in quibus non est EMEN, fides.* Quam phrasim imitatus Paulus vocat *filios diffidentia, incredulitatis, inobedientia.* His opponit *gentem justam, serventem fidelitates*, id est, fidelissimam, et fidei atque obedientie tenacissimam: quæ sunt epitheta novi populi, quem Apostolus vocat *gentem sanctam, etc.*

VERS. 5. — **VETUS ERROR ABIT.** Neminem reperi qui hujus versionis mihi rationem redderet, cum tamen omnes multò aliter vertant; sed nemo, meâ sententiâ, sensum Hebræorum verborum fidelius reddidit: quod manifestum reddere non adeò difficile fuerit. Quis enim ex Hebræis dubitet *ietser, cogitationem seu fymmentum humani cordis, formationem seu fictionem quæ animo cogitantis fit, significare? Exempla passim sunt, et infinita in Lexicis invenies. Gen. 8. Vulg. etiam cogitationem reddidit, quæ vrona esset ad*

*malum, etc. At sane quis negabit esse participium significationis passivæ à verbo sanac, quod sustentare seu confirmare interdum significat? Ergò ietser sanac est cogitatio firma, suffulta, stabilis: qualia sunt ea quæ sustentantur desuper, ne decident aut convellantur et fluctent. Sic de corde dicitur hoc ipsum participium Psal. 112: *Sustentatum cor ejus.* Vulg.: *Confirmatum est cor ejus, non commovebitur, etc.* Et Psal. 111, de mandatis Dei, quòd sunt confirmata (seu sustentata) in omnia secula. Ergo hoc in loco si suppleas substantivum verbum, quod sæpissimè omittunt Hebræi, hic sensus est: *Firma, certa, stabilis est in nobis hæc cogitatio; hoc certò stativimus, firmiter credimus, quòd tu, Domine, conserves pacem, quia in te speravimus. Non ultra fluctuabimus, neque erit animus noster in dubio; non errabit ut hactenus fecit. Abiit hic error noster. Firmi in hæc cogitatione sumus, etc.* Jam, credo, vides quid velit doctus Interpres. Quis, quæso, reprehendat Interpretem qui hanc orationem, *Certus sum, reddat hæc, Non dubito, aut contra? Hic certè locus sufficere deberet nasutis quibusdam censoribus, qui non nisi sua probant ad elevandam auctoritatem, ut deinceps non tam faciles essent in dandando vetere Interprete, præsertim cum ipsi suis sæpenuerò versionibus pro sensu Spiritus S. sua afferant somnia et christianis lectoribus imponant, dicentes se hebræicam veritatem reddere, cum tamen toto cœlo à veritate deviant. Cæterum ego malum hic formam orationis nonnihil mutare: *Sit hæc firma cogitatio, vel vetus error abeat. Nemo posthuc in dubio sit, sed hoc firmiter apud se statuat, quòd tu, Domine, pacem conserves, incoluitatem, felicitatem et omnium rerum abundantiam dones (id enim nomen schalom comprehendit), quando in te speratum est, etc.* SPERAVIMUS. Participium est significationis passivæ *baruac, speratum, confisum, etc., et hi pro quando non raro accipiunt.***

VERS. 4. — **SPERASTIS.** Eisdem litteris, licet diversis punctis, constat tertia pluralis præteriti et secunda pluralis imperativi, *sperarunt, sperate.* Vulg. formâ præteriti accepit, et personam mutavit; at in imperativo facilis est sensus; nam et præcedenti ita videtur exigere. In **SECLIS ÆTERNIS.** *Ede ad, ultra et ultra, assidue magis assidue assidue:* quod non solum ad tempus referri potest, sed etiam ad ipsam actionem. In **DOMINO DEO FORTE.** Est hic nomen *JAH* et nomen *JEHOVA* et nomen *Tsur*, id est, *Petra*, quod interdum est nomen Dei. Et Hebræa habere sensum possunt quem Vulg. expressit. Sed cum videam Hieronymum in Commentariis seculum sui temporis Hebræos, qui nomen *JEHOVA* 777 ineffabile dicebant, adeò ut dicat significare Deum, prout est ineffabilis, et hujus rei nulla sit probatio præter Rabbiorum superstitutionem, et nomen esse à verbo *atah*, ita ut, explicante ipso Domino in Exodo, significet *EGO QUI EST*, cujus esse est ejus essentia, per quem cætera habent illud esse quod habent, *JAH* etiam esse ejusdem nominis quamdam abbreviationem, non possum non subolfacere mysterium, ut putem *JAH JEHOVA* esse ac

si diceret *Deum de Deo, aut Filium Dei.* Ita habet supra cap. 12, vers. 2: *Fortitudo mea et canticum meum est Jah Jehova; id est, Filius Dei.* Et Psal. 68 dicitur quòd in *JAH* sit nomen Dei. Quare hoc loco ita liber interpretor: *Confidite in Deo assidue magis, quia in Filio Dei est petra seculorum, firmitas, tranquillitas, securitas: quia beneplacitum fuit Deo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terrâ sunt, ut inquit Paulus Ephes. 4, et Col. 1, quòd in ipso condita sunt universa, in cælis et in terrâ, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, etc. Et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesie.* In Filio ergo Dei est *petra et firmitudo omnium seculorum, tum quantum ad creationem, tum etiam quantum ad restaurationem, ut solum illi possint consistere, tam ex prioris seculi hominibus quam nostri, quam futuri, qui isti petræ innixi fuerint.* Cum ergo Deus habeat hujusmodi Filium, quem daturus est mundo, inquit Isaias: *Sperate in Deo assidue, assidue, magis ac magis, ultra et ultra.*

VERS. 5. — **QUA INCURVABIT.** Inter cætera quæ commemorat Dei opera, ob quæ sit Deo confidendum, est *vastatio civitatis impiorum.* Intellege hic victoriam Christi non solum per Evangelium, quo altitudinem superborum depressit, etc., sed etiam vindictam de hostibus et perdidit Judæis sumptam. Hujus autem versûs intelligentia ex superiori capite petenda est, ubi voces quoque singulae explicantur. Primum verbum est in præterito, posteriora in futuro; ut videas parùm sollicitos esse oportere interpretes de temporibus.

VERS. 6. — **CONCULCABIT EAM PES, etc.** Hic versus cum superiori conjungendus est, et ad *dejectionem illius civitatis infidelium* facit, et de *pauperibus evangelicis* intelligitur, qui universam mundi gloriam et superbiam calcârunt, non solum quia eam nihil fecerunt, sed etiam quòd à superbis civitatibus se tantum non veluti Deos quosdam adorari fecerunt, quos initio sicut mundi rejectamenta (ut qui *pauperes* essent, et quibus omnia decissent) habebant. Quòd si de terrenâ illâ Jerusalem hæc velis intelligere, sicut cætera commodè possunt, quam Deus vastavit, et cujus fastum humiliavit, hæc significant non fore rursus habitandam neque iterum palatia habituram aut domos superbas, sed habitationem fore pauperiorum hominum et ignobilium, ut certè factum res ipsa comprobât. Tunc sanè illud verbum *rumam concutere* non erit contemptus, sed, ut in Scripturis sæpè accipitur, omnium animalium quæ pedibus ambulat et terram pedibus quatunt, et supra, cap. 1, de filiis qui frequentabant et pedibus pavimenta templi terebant. Atque hanc arbitror germanam expositionem.

VERS. 7. — **SENITA JUSTI, etc.** Exemplum adduxerat vers. 5 et 6, quo comprobabat Deo esse confidendum. Nam etiamsi differre videatur impiorum vindictam, suo tamen tempore *novit et suos eripere, et iis qui eos tæxant vicem reddere*, atque ita erga Judæos

se gessisse. Jam nunc opus hoc Dei et cætera omnia commendat argumento à minori ad majus, in hunc modum: *Senita, quam quisvis justus ambulat, rectissima est; nulli injurius est; æquitatem redolent moros just; nihil in ejus vitæ ratione tortuosum reperitur, aut prater jus et æquum factum; denique ipsa æquitates sunt viro justo via. Atque hanc ipsam rectitudinem tu, Domine, illi præstas; semitam ejus tu regulas; tu lineas ducis, et signa in itinere figis, ne deviare possit. Quid igitur sentiendum fuerit de viâ tuâ, de judiciis tuis? quantum, putas, rector erit, et majoris æquitatis plena? Quantum enim distat cælum à terrâ, tantum distat via ipsius à viis hominum, etc.* Certò scio quòd viri docti hæc elucidationem probabunt. RECTA EST. *Mescharm, æquitates, rectitudines, id est, rectissima. CALLIS. Maagal significat viam tritam plastro, et quæ orbibus habet. Prov. 4, hoc nomen cum hoc ipso verbo habetur; *Regula actum pedis tui; fac ut iter tuum rectum sit.* Transferatur ergo ad vitam rationem, quam rectissimam esse oportet si Deo placere nobis in animo est, juxta predicationem Joannis Baptistæ: *Rectas facite vias ejus, etc., ut infra dicitur. AD AMBULANDUM.* In Hebræo est secunda persona futuri *theaphalet, regulabis, id est, regulare soles.* Ponitur autem Hebræo more hic antecedens pro relativo: *Rectum actum justis tu regulabis, pro via justis recta est, quam tu regulare soles: cujus rectitudo universa à te uno est.**

VERS. 8. — **ET. Hebr. aph.** Hujusmodi particulas difficile est alienâ linguâ reddere. Hæc sanè impetum animi notat, et juxta exigentiam loci sic quoque reddenda est. Quidam hanc vocant augmentativam, etiam, *quoque, insuper, etc.* Vulg. variè quoque reddere solet. Infra vers. 9 reddidit *sed et*; hic per conjunctionem *et.* Certè in sententiis in quibus sit rerum collatio, si affirmativa fuerit, valet *quantò magis, vel multò magis*; si negativa, *multò minus*; ut Job. 4: *Quantò magis qui habitant domos lateas? et ita ibi vertit vulg. et Ezech. 13.* Quare nemo mihi vitio vertat quòd sic verterim, præsertim cum sententia sit aptissima, et illud in non sit in Hebræo, sed ab interpretibus addatur ut sequentibus conjungant. Unde mox inferet: *Domine, sustinimus te. Digna est autem hæc vox Apostolis et primis illis Christianis, quos persequabantur infideles Judæi ante urbis vastationem; est et omnium piorum quando adversis preunant, ad quorum solatium editum videtur canticum istud. NOMEN TETU.* Hebr. *teschimka, ad nomen tetu.* Sic quod sequitur, *ad memoriale, memoriam, commemoratio-nem seu recordationem.* *Audito, inquit, tuo nomine, vel ad levem tui commemorationem seu recordationem, ardens desiderium tui mox in animis nostris excitari solet.*

VERS. 9. — **SED ET SPIRITU MEO.** In recto potest non malè verti: *Imò spiritus meus in precordiis meis, id est, quoad spiritus meus regit artus, quoad vivam, te autem licet conveniam, te quam summo mane. MANE VIGILABO.* Una dictio, unumque verbum est Hebræis secunde conjugationis *וַיִּשְׁמַע, nammo nanae*

aliquid facere. Si verbum fingeremus, diceremus activè aurorare. Prov. 7: Auroravi faciem tuam; summo mane te conveni. Job. 8: Aurorare Deum; ut interdum omnino videatur idem esse quod nobis Lusitanis manari, id est, facere ne quis de nocte dormiat; et interdum idem est quod manicare, summo mane surgere. Job. 24: Manicantes ad rapinam. Potest ergo hic subesse sensus: Sed et spiritu meo intra me te excito, te sollicito; non committo ut sinam te dormire. Perpetuò ad te clamat spiritus meus intra me, etc. Noctis meminit, quòd id tempus orationi aptissimum sit. Sed et antelucanum tempus ceteris præstare judicatur. Cum feceras, etc. Sensum reddidit; ergo verba verbis, secundum quod judicia tua, id est, juxta normam judiciorum tuorum quæ in homines exerces, illi quocumque justitiam adducunt, ut talia videlicet judicia exercent, qualia te exercere vident; vel quòd tum justitiam student mortales, et eam colunt, cum te animadvertunt in injustos severum. Hujusmodi affectus videbis passim in Davide: Memor fui nocte nominis tui, Domine, et custodivi legem tuam, Memor fui judiciorum tuorum antiquorum, et consolationem accepi. Defectio tenuit me pro peccatoribus, etc. Hic denique facit totus ille octonarius; semperque David peccatorum perditionem celebrare reperitur; nam id maximum momentum habet ad justitiam adipiscendam: Neque Dominus relinquere virgam impiorum super sortem justorum divitiis solet, ne extendant jasti ad iniquitatem manus suas; unde sequitur.

VERS. 10. — MISERAMUR. In Hebræo est tertia persona futuri, *assequetur* (vel *assequatur*) *improbus misericordiam, seu gratiam*. Finge, inquit, improbum non puniri, quinimò bene habere et beneficis affici, actum est: scito nunquam ad sanam mentem rediturum. Hanc certitudinem præterito expressit, *nequaquam didicisti justitiam*, non est quòd ab eo speres unquam justitiam. Hic mecum considera quàm Dei pietati conveniat improbos punire, cum ad salutem tum ipsorum tum aliorum hoc unum sit salubre remedium. IN TERRA SANCTORUM. Crediderim sic Judæam vocari. In Hebræo est *recititudinem*; sed pro concreto accipi potest. Judæi enim *filius sanctorum* dicebantur; et in Judæa tantum erat vera Dei cognitio, jura et leges divine; erat ergo terra *recititudinum*. Dicit itaque Propheta: Etiam si parceres Judæis, nihilo tamen meliores redderentur; quinimò cum in terra sancta, quam à sanctis patribus, veluti sanctificatam, in hereditatem acceperunt, *injustè agant, jus est ne videant magnificentiam* (seu *majestatem*) *Dei*. Et non; id est, ne ergo, *videant*. Estque sermo de gloriâ quam Dominus sibi per prædicationem Evangelii peperit. Quanto igitur, ô lector, *majora merebitur supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duserit?*

VERS. 11. — EXALTETR MANUS TUA. Est in præterito, *exaltata* (vel *elevata*) *est manus tua*; id est: Prope est ut elevetur aut magnificetur et gloriosus sit Filius tuus; vel: Prope est ut intelligant gentes quantum possis, quanta sit tua virtus atque potestas. Do-

mine, ne hoc, quæso, *videant* infideles Judæi; indigni enim sunt qui ejus gloriam videant quem in impium ignominia affecerunt. Possumus et *ramah* ut participium accipere, mutato accentu; critique sensus planus, ut totus locus sic transferatur: *In terrâ recititudinum injustè agent: ne ergo videant majestatem Jehova; Jehova, elevatam manum tuam ne videant, etc.* VIDEANT. Correctio est iracundiæ et zeli plena. *Quid peto? ne videant?* imò, imò *videant*. Futura sunt, sed pro optativis; et multò vehementior est oratio quàm si futuris redderes. ZELANTES POPULI. Ad verb., *pudefiant zelus populi*; ubi zelus collectivè pro zelantibus ponitur, ut doctissimè Vulg. *zelantes vererit*. Zelantem autem populum seu zelotypum vocat Judæorum genus, qui cum tantum sibi Deum vellent, iniquo animo ferebant gentes fieri Dei et beneficiorum ejus participes; adeò ut ingredi nolent in domum paternam in quâ structum videbant convivium fratri prodigio, qui perierat, et à benignissimo Patre amanter suscipiebatur. Dixit autem in abstracto *zelum populi*, quòd nulla gens magis hoc vitio laboravit. Vel Hebraismo non insuato *zelum populi* dixit pro populo zeli. Non dolebant autem tantum de conversione gentium quantum de exaltatione et gloriâ Domini Jesu, quam in dies propagari videbant. *Pudefiant* ergo homines isti, et præ invidia dirumpantur eorum viscera. Et IGNIS. Hic rursum est dictio illa augmentativa de quâ vers. 8. *Aph. insuper et, sed et, quinimò, ignis hostes tuos assumat*. Nam juxta Evangelium *evitatem eorum succendit*, postquam *suptia impleta sunt discumbentium*. Dominus enim Jesus, confirmato regno, inimicos suos ad occisionem requisivit. DEE VOLET. Videtur in Hebræo esse secunda persona futuri *thokelem*: quare sic quidam religiosè nimis vertere voluerunt, *etiam igni hostium tuorum devorabis eos*. Quorum interpretationem etsi non damno (nam *ignis hostium* dici potest crudele incendium et inextinguibile), puto tamen esse tertiam personam femininam; nam nomen *ignis* Hebræis utriusque generis est, imò frequentius in feminino reperitur.

VERS. 12. — DABIS, vel *da*. *Schaphath* est ponere seu collocare quidpiam inter certos limites. Collocare autem sic pacem est firmare pacem, et firmatam conservare. Nomine verò *pacis* reliqua ad felicitatem pertinentia intellige. Est autem vox piorem, qui perditis hostibus Dei atque suis, cerò sperant et postulunt quòd respirare paululum possint et tranquillam vitam agere. Idque eò confidentius precantur et firmius sperant quò se magis divinis beneficis cumulatos vident. Per manus autem Apostolorum facebat Deus signa inaudita, quibus gloriam sibi, quâ cruciabantur adversarii, parabat. Quid superest, inquit, nisi ut deletis hostibus nobis pacem reddas? Imò verò qui ingentia illa et admiranda opera patrârat, qui gratis redemerat, qui indignos ad regnum Filii sui vocaverat, dato proprio Filio suo, quidni et cætera donabit? Adde quòd neque est novum neque inauditum, aut eum qui magna accepit, plura postulare (nam ingenui animi est, cui multum debeas

ei plurimum velle debere), aut qui magna dedit, plura in dies majora præstare; eos enim magis in dies diligimus, et nostra eòs beneficia ex alienis nostros faciunt.

VERS. 15. — POSSEDERUNT NOS. Verbum *baal* est generalis significatione magno animi ardore super re aliquâ ferri, ut eâ potiare, adeò ut interdum verbo ambiendi seu *adamandi* reddere oporteat, ut Mal. 2: *Adamavit filium dei nothi; et infra cap. 62; et quem modum significandi hic libenter amplecterer nisi de tyrannis videretur esse sermo; quasi dicant pii et fideles servi: Plures alios dominos ambiisse eum amorem* (nam varix fuerunt sectæ et religiones, quarum sectatores in suam opinionem cæteros adducere conabantur), *se autem tantum veri Dei præconia semper cecinisse: qui sensum non est contemnendus*. Vulg. tamen sequor, ut dicant fideles servi Domino Deo, *alios dominos præter ipsum se expertos fuisse; sed nullius illorum nisi tantum Dei sui laudes se annuntiaturos*. Jam enim supra dixi de verbo *racar*, quòd in tertiâ sit amittente, *prædicare*, etc. *Te, inquit, tantum nomenque tuum, prædicabimus*. Commendant igitur hoc loco suam fidem, quòd non sint ingenio servorum qui præteritos dominos semper laudant, præsentem incantant, vel quòd sub aliorum dominiorem jugo agentes, nunquam ab ipsorum memoria Deus verus exciderit: ut illud futurum commemorabimus positum sit pro commemorare consuevimus, ut sæpè solent Hebræi futura usurpare; sitque simile illi: *Hæc omnia venerunt super nos; neque oblitus sumus te*, etc. Interim quoque meminervis quantum Judæi discipulos Domini persecuti sint.

VERS. 14. — MORIENTES, seu *mortui*. Tyranni isti qui nos subjugarunt, qui servos tuos morti tradebant, nequaquam iterum vivunt; nam resurrectio eorum non erit ad veram vitam atque felicem. Unde *perpetuò mori dicuntur, et mors deponet eos*. GIGANTES. Nomine à sanitate derivato appellabantur olim gigantes propter sanitatem et rectam corporis habitudinem quâ pollebant. Sic vocare videtur quoslibet tyrannos. PROPTEREA. *Laken, idcirco enim, vel ad hoc enim, eos abolevisti; ne rursus consurgerent*, etc. Hic quoque verba hæc consuetudinem notare videntur, non rem aliquam gestam: *idcirco eos, inquit, requirere soles, et eorum memoriam extinguere*.

VERS. 15 — INULSISTI GENTI. Verbum *iasaph* tam in primâ quàm in tertiâ interdum in malum accipitur, ut Psal. 120: *Quid addet tibi lingua dolosa? et passim in imprecationibus: Sic addat Deus, etc.* Est ergo *inferre malum*. Accipitur autem in hoc modo significandi constructum cum dativo et *lamed*; at cum al, in bonum; ut Psal. 115: *Addet Jehova super eos et super filios vestros; id est, cumulet vos bonis*. Hic autem est eum *lamed*; Vulgatus tamen in bonum accepit. NEQUID GLORIFICATUS ES? In Hebræo nunc nulla legitur nota interrogationis, sed tantum verbum *glorificatus es?* quasi insinuet Deum ingentem sibi gloriam ex perditione impiorum peperisse; quemadmodum de se dicit quòd *glorificaretur in Pharaone et in omni exercitu ejus*. Vulg. intelligit, *beneficia Judæis*

præstita non cessasse in gloriam Dei, ac propterea eos amovisse longissimè. ELONGASTI, vel *longè amovisti*. Ego nomen *ya*, id est, gentem, repetendum puto, et illud, *omnes fines terre*, ut adverbium accipiendum, *longissimè, ultra omnes fines terre*. Vir tamen quidam doctus *terminus terræ longè amotos, id est, propagatos, intel ligit*; quòd hæc fuerit Dei gloria, non intra Judæam tantum coli, ut idem essent fines et orbis et imperio. Quam interpretationem nisi durissima videretur, libenter amplecterer. Quòd si hæc additionem in bonam partem velis accipere in hunc modum, non ineptè poteris, ut sit idem quod in Evangelio habetur de homine qui distribuit bona sua servis suis, et abiit in regionem longinquam accipere regnum, et reverti. Illud enim, *addidisti, addidisti*, distributionem videtur notare honorum; illud etiam *glorificatus es ad gloriam resurrectionis referri potest; elongasti verò, vel præcelsus factus es, ultra fines terre, ad ascensionem et regnum Patris accommodatus, ita ut eo Evangelii loco videatur ad hanc facta allusio. Parabola enim tota statum Ecclesiæ notat inter ascensionem et adventum ad judicium. Atque in hunc modum quæ sequuntur aptissimè connectuntur.*

VERS. 16. — DOMINE, IN ANGESTIA. Hoc est omnium piorum proprium ut in angustia ad Deum currant. Nec dubito quin discipuli Domini, ablato sponso, in afflictionibus, quas singulis penè momentis patiebantur, frequentissimè orationes funderent; ut ex Actis Apostolorum et Pauli Epistolis manifestum est. IN TRIBULATIONE. Vulg. *tsakun* ut nomen accepit; repetitio autem *beth* ex nomine *tsar* dixit in tribulatione cum Chald., ut sit sensus: *Cum premuntur, et queruntur, doctrinæ tuæ auscultant, et ejus rationem habent, et tribulationibus erudiantur*. Nam *musar* est disciplina, et quod Græcis *μαθήσια*, et tam activè quàm passivè sumitur; competit enim tam ei qui corripitur, arceaturque à peccatis per doctrinam, minas, castigationem, etc., quàm ei qui corripit, docet, castigat, etc. Non est ergo abjicienda Vulgati versio. At *lacasch incantationes, et obmurmurationes, seu compositas arte orationes* notat, id est, *effundunt querulationes, seu orationes aptè concinatas, quando videlicet disciplina tua et castigatio tua ad eos accedit*. Quamvis autem verba sint in præterito, consuetudinem notant interdum, ut futura.

VERS. 17. — SICUT EGÛ CONCIPIT. Hic versus et sequens continent illas *querimonias atque obmurmurationes* quas solent pii homines fundere. CEM APPROPIQUAVERIT. Vulg. doctè vitavit Hebraismum, qui tria fœta conjungi, quo ego per præsens verbi; is enim usus est futurorum. IN DOLORIBUS SUI. VOX propriè *fumes* significat; transferunt autem ad vehementissimos dolores, quibus non minus constringimur quàm funibus, et ex quibus nosmetipsos explicare non possumus. Vide supra c. 45. Non eadem metaphorâ utimur; dolores illam constringunt. A FACIE TUA. Hebraismus est, id est, propter te; et sequentibus potest conjungi. Hæc est illamet querimonia quam adducit ex Davide Paulus Rom. 8, et in se et discipulis adim-

pletam significat : Propter te mortificamur totâ die ; aestimati sumus sicut oves occisionis. *Earsurge ; quare obdormis ?* etc.

VERS. 18. — CONCEPIMUS, ET QUASI PARTURI-
MUS, etc. Gravidis et parturientibus atque parientibus merito comparari possumus ; partus tamen nostri spiri-
tales sunt. Laboramus non minus quam gravidæ,
genimus et dolemus non minus quam parturientes,
simili curâ angimur quasi matres erga infantulos
suos ; at *salutes non fecimus in terrâ ; nihil enim dig-
num tuâ misericordiâ egimus ; propterea adhuc per-
sistunt in suâ infidelitate habitatores orbis.* Hæc est
lectio vulgati Interpretis, et hunc sensum elicit He-
roymus ex Hebræo in Commentariis. Supplenda est
ergo præpositio *al super*, vel *vel in* : *Salutes non fe-
cimus super terram ;* nam in Hebræo nihil est ejus-
modi. Quam interpretationem tantum abest ut abji-
ciam, ut eam dictis Apostolorum facile confirmari
posse putem. Addeco tamen alteram quæ nihil sup-
plet, sed verbum verbo reddidit, quam nemo eorum
qui veritatem Hebraicam se vertere affirmant repre-
hendere merito poterit ; Hebræo enim respondet, et
precedentibus coheret. Et quidem vocem *ruac* non
pro *vento*, ut multi à Rabbini edocti, hoc in loco ac-
cipio, sed cum nomine sequenti conjungo *teschuth*,
spiritum salutem. Quamvis, inquit, similes simus
gravidis, parturientibus et parientibus, propter dolores,
curas et sollicitudines quibus angimur, patientes ferimus
maledictum, et benedictum ; blasphemamur, et
obsecramus ; nulli malum pro malo reddimus : imò spiri-
tum salutem saluberrimum et gratissimum spiramus.
Christi enim bonus odor sumus. Postea verbum *asuh*
(cujus amplissima est significatio seu, ut verius di-
cam, acceptio, et varius usus) pro *conficere* seu *com-
primere*, non pro *facere*, absolute accipio. Soph. 5 :
Ecce ego conficio omnes affligentes te, etc. ; et Ezech.
25 : *Ibi compresserunt (vel confecerunt) ubera virgini-
tatis eorum ;* Vulg., *fracte sunt mammae*, etc. ; et Soph.
5, verbo *interficiendi* reddidit. Iniqui ergo pii :
Non compressimus, non conficimus, non confregimus
terram. Neminem læsumus, neminem corrupimus, nemi-
nem circumvenimus. Ne quem vestrum gravemus,
oro his quibus indignum manibus nostris laboramus.
Lacerari omnes volumus et ad salutem perducere ; ho-
mines querimus, non eorum bona. Fletibus eum flentibus,
gaudentibus eum gaudentibus. Denique imperium non
exercemus in homines, neque terram nobis subigimus.
Tandem illam vocem *ubal* non pro *ideo* aut *propterea*,
sed (ut manifestè sonat) pro et non seu neque accipio :
Neque, inquit, ceciderunt habitatores orbis ; non de
suâ possessione ejecti sunt ; neque eos deleimus aut in-
terfecimus. Vel potius *ubal* accipiendum pro non tamen,
ut sit sensus : Illi nos premunt, nos persequuntur in-
merentes ; nos contra spiritum salutis spiramus, illis
non nocemus, neque bona eorum diripimus. Tu tamen,
Domine, hæc cum scias, sinis eos vivere et regnare ; non
causas habitatores orbis. Quæ querimonie eisi omni-
bus qui pie vivunt conveniunt, maximè discipulis Do-
mini, postquam in cœlum conscendit, ante Jerosoly-

morum eversionem. Unde versu seq. eos consolatur
Dominus.

VERS. 19. — VIVENT MORTUI TUI. Illi quos nunè ty-
ranni interficiunt, veluti oves aut arietes, rursùm
vivent ac resurgent ad veram vitam ; non sicut ipsi ty-
ranni ; de quibus supra v. 14. INTERFECTI MEI. Tui
sunt, ac mei. Estque veluti correctio : Quid tuos dico ?
mei, mei, inquam, sunt. Meorum ego rationem ha-
bebo. Nolite ergo tristari ; neque timeatis eos qui tan-
tum occidunt corpus. Ego quoque Deus mortuorum
sum ; apud me vivunt, iterumque vivent. Notandum
tamen videtur esse hic nomen singulare *nebelah*,
quod non dubium quin *corpus exsangue et animâ va-
cuam* significet, ac *vitam mentis carens*. Et collectivè
videtur capi, sicut Psal. 79 : *Dederunt cadaver sero-
rum tuorum volatili in escam.* Manifestum est autem
quòd de corporibus interfectorum erat sermo. Quare
hic non malè Vulg. *interfectos* vertit. Vir tamen qui-
dam doctus mysterium hoc loco olfecit, quòd corpora
fidelium collectivè *corpus suum* vocavit, quòd omnes
sint corpus Christi, et tanquam membra cum capite
Christo sint resurrecturi ; ideòque nomini singulari
addidisse verbum plurale, *corpus meum* resurgunt. Qui
HABITATIS IN PULVERE. Ila delinctorum corpora vocat,
in pulverem et cineres jam redacta. Ros lucis. *Or lux*
est. Hic legitur oratù numero multitudinis, formâ
femininâ ; quod tam Rabbini quam nostri *olera* inter-
pretantur. Cujus non habent aliud nomen quam
verba 2 Reg. 4 : *Egressus est unus in agrum ut colli-
geret oroli*, pro quo Chald. dixit *irohenim*, id est,
viridia. A gratiâ ergo sic dictas herbas existimo. Et
quæ viridia sunt, metaphoricè hoc nomine appellan-
tur ; sunt enim jucunda et grata oculis. Alio nomen
est *refocillationis, gratiæ, lætitiæ, vitæ*, adeòque
omnis boni ; neque *lucem* tantùm hæc quam videmus
designat. Quare licet hoc loco vertere possemus *ros*
olerum, vel *viridiam*, etc., id est, qui olera recreat et
herbis gratissimus est, malui tamen pro *lucem* cum
Vulg. accipere, et *rosrem matutinam* dicere, ut signifi-
cationem et numerum aliquo pacto exprimerem :
quæ versio eundem sensum habere potest quem
altera. Ros, inquit, *quæ super te deciderit, et quo ir-
rorabitur pulvis tuus, erit sicut ros matutinus ; quo vi-
delicet excitantur olera, herbe et viridia omnia, atque
reviviscunt.* Quid si sit allusio ad locum Psalmi juxta
Hebræum : *Ex utero auroræ tibi ros juventutis tuae ?* quo
in loco Propheta agit de exercitu et electis juventute
per Christum ad destruendum imperium Satanae et
propagandum Evangelium per totum orbem : quam
juventutem comparat *rosi matutino* tum ob gratiam et
virtutem, tum etiam ob copiam, et descensum sine
streptu. Certè si hic locus non de jam mortuis et ca-
daveribus intelligatur, sed de his qui tanquam mortui
reputantur, et cum *descendentibus in lacum* et in *pul-
vere habitantibus commiserantur*, ob continuas afflic-
tiones, et mortem, quam præ oculis semper habere
videntur (cujusmodi erant discipuli Domini), non fuerit
hæc nimis violenta interpretatio : *Tua juventas, ô
ni popule, erit veluti ros matutinus, quæ terram gi-*

gantium detrahat in runam, parvam gigantum vastet,
violentorum tyrannidem deleat. Adde quòd Judæa
(quam superiori versu dicebant adhuc stare, ne-
que ejus habitatores corruisse) ideò vastata est quia
Judei prædicationem Apostolorum recipere nolue-
runt.

VERS. 20. — INTRA IN CUBICULA. Cadar, penetrare,
seu conclare internam et secretum, est. SUPER TE,
vel per te. Tuis ipse manibus, ubi ingressus fueris,
conversus ad ostium, claude januas ; quod est eorum
qui sese domum recipiunt, et nolunt à quoquam in-
terpellari, sed quiescere, aut quidquam secretò fa-
cere, aut aliorum actibus se non immiscere. Neque
aliud hic commendat Deus suis nisi ut quieti sint,
neque desperatione aut diffidentia despondeant ani-
mum, utque in silentio Deum toto cordis affectu depre-
centur (eisdem enim propè verbis in Evangelio
Dominus orare docens suos erudiebat), atque ut
actionibus ac negotiis aliorum absterent, neque
soliciti essent de quarumvis rerum visibilibus facie
aut vicissitudine aut transmutatione, sed de Deo, cu-
jus providentiâ omnia dispensantur. MODICUM AD MO-
MENTUM. Ego verba expressi, eodem tamen sensu, cir-
citer *modicum momentum*. Latini *tantisper dum*, etc.
Significat interdum dura pati probos propter impro-
borum viciniam. Imò verò eum hæc iis qui ab aliis
vexabantur dicta sint, manifestè vel ex hoc loco ap-
paret, ex Domini indignatione interdum proficisci ut
improbi probos alligant, ex indignatione, inquam,
quâ ad vindictam improborum commovetur. Non est
autem leve ultionis genus, adeò depravari rationalem
creaturam ut innocuis injuriâ faciant. Sed henè est
quòd audivimus licere probis vel in mediis afflictioni-
bus perinde tutis et quietis esse atque iis qui *intra
penetralia, clauso ostio*, in utramque aurem dormi-
unt. Ubi quoque vides quamcumque calamitatem pati-
atur vir pius, vel ab aliis, vel quia inter improbos
degit, quos Deus fame, peste aut bellis direxat, non
fore diturnam, sed ad *modicum momentum* tantùm
durare. Nam si filium pater à servo verberari præce-
pit, qui fieri potest ut diu dissimulet ? abibitne in fo-

CAPUT XXVII.

CHAPITRE XXVII.

1. In die illâ visitabit Dominus in gladio suo duro et grandi et forti, super Leviathan serpentem vectem, et super Leviathan serpentem tortuosum : et occidet eum, qui in mari est.
2. In die illâ, vinea meri cantabit ei.
3. Ego Dominus, qui servo eam. repente propinabo ei : ne forte visitetur contra eam, nocte et die servo eam.
4. Indignatio non est mihi : quis dabit me spinam et verpem in prælio ? gradiar super eam, succendam eam pariter.
5. An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi ?
6. Qui ingrediuntur impetu ad Jacob, florebit et germinabit Israel, et implebunt faciem orbis semine.
7. Numquid juxta plagam percussit se percus-

rum, aut aliud quidpiam negotii faciet, oblitus tandem se filium verberari jussisse quoad ipse aliud significaret ? Minime gentium. *Ingradiuntur* igitur *penetralia*, et consilium Domini sequamur, et *momentum* brevissimi-
mumque tempus omne afflictionis esse putabimus. Hæc fortè respexit Apostolus cum *leve et momentaneum tribulationis* dixit. In fore autem commoranti-
bus, tepidis, et orare ad Deum nescientibus, nihil mirum si longum afflictionis ac tempestatis tempus appareat.

VERS. 21. — EGREDIETUR. Mos est Scripture affin-
gere Deo actus humanos. *Egredietur*, inquit, ut *visit-*
et, requirat seu *recescet* et *rationem ducat iniquita-*
tum infidelium Judæorum, et aliorum qui servos suos
malè tractabant atque accipiebant. SANGUINE, (1) *vel*
sanguines, id est, homicidia. Quare mox idem repe-
tens *interfectos* dixit. Idem autem est *operire super in-*
terfectos et operire interfectos, utroque enim modo
loquuntur Hebræi. Psal. 85 : *Operasti omne erratum*
eorum ; et Prov. 10 : *Super omnes transgressionis ope-*
riet charitas, id est, operimentum extendit : quam
sententiam sic reddidit Petrus apostolus 1 Epist., c. 4 :
Charitas operit multitudinem peccatorum. Est autem
operire interfectiones, connivere, dissimulare, non
punire. Significat verò his verbis, tunc manifestum
fore quantam causam fecerint improbi, quòd quantis-
que injuriis servos Dei affecerint. Neque erit ullus
pretextus ut excusatio ; nam et muta elementa ad-
versus impios testabuntur. Intellige autem hæc de
vastatione Judææ ; quæ fuit typos quidam postrema
illius totius orbis.

(1) Littéralement des *sangs*, la terre découvrir le sang. \square *dam* au pluriel indique le sang injustement versé. Voy. Genès. 4, 10, 11. La croyance populaire chez les Hébreux et les Arabes offre diverses idées de la vengeance que demande le sang injustement versé : il ne tombe pas de rosée dans cet endroit (Hamsa, p. 416) ; des charbons s'y enflamment (Bar., Hébr., p. 329) ; un oiseau sort de la tête de la victime et crie : Donnez à boire, donnez à boire ! jus-
qu'à ce que la vengeance ait eu lieu. (Gésenius.)
(Calen., bible Hébr. et Franc., Isaie, chap. 26, 21.)

1. En ce temps-là, le Seigneur vindra avec sa grande épée, son épée pénétrante et invincible, pour punir Leviathan, ce serpent venimeux, pour punir Leviathan, ce serpent levier, Leviathan, ce serpent à divers plis et replis ; et il fera mourir la bête qui est dans la mer.
2. En ce temps-là, la vigne qui porte le vin pur chantera les louanges de Dieu.
3. Je suis le Seigneur qui la conserve ; je l'arroserai à tout moment de peur qu'elle ne soit gâtée ; je la garde nuit et jour.
4. Je ne me porte point à la colère ; mais si quel-
qu'un est comme une ronce et une épine qui me pique et qui m'attaque, ne la foulerai-je pas aux pieds, et n'y mettrai-je pas le feu pour la consumer ?
5. Est-ce qu'il prétendra lier ma puissance ?
Qu'il me demande la paix ; qu'il fasse la paix avec moi.
6. Quoiqu'ils viennent attaquer Jacob, Israël fleurira et germera ; et ils rempliront de fruit la face du monde.
7. Dieu a-t-il frappé son peuple comme il a frappé ceux qui en étaient les tyrans ? Et le supplice des siens

sit eum? aut sicut occidit interfectos ejus, sic occisus est?

8. In mensurâ contra mensuram, cum abjecta fuerit, iudicabit eam; meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.

9. Ideo super hoc dimittetur iniquitas domui Jacol; et iste omnis fructus ut auferatur peccatum ejus, cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci et delubra.

10. Civitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, et dimittetur quasi desertum; ibi pasceat vitulus, et ibi accubabit, et consumet summitates ejus.

11. In siccitate messes illius conterentur; mulieres venientes, et docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserabitur ejus qui fecit eum; et qui formavit eum non parcat ei.

12. Et erit: in die illâ percussit Dominus ab alveo luminis usque ad torrentem Ægypti, et vos congregabimini unus et unus, filii Israel.

13. Et erit: in die illâ clangetur in tubâ magnâ, et veniet qui perdidit fuerant de terrâ Assyriorum, et qui ejeci erant in terrâ Ægypti, et adorabunt Dominum in monte sancto in Jerusalem.

COMMENTARIUM.

VERS. 1 (1). — In verbis hæc annotanda sunt. *Leviathan* dicitur a verbo, *lua*, additum fuit, quod et membra et squamæ sibi cohaerent, etc. Ejus descriptionem habes apud Job. 40. *VECTEM, variatæ*, ego hic *teretem* dixi. Nam Job. 26, et hoc loco, ubi de serpente dicitur, scribitur sine *iod*, et aliis punctis;

(1) Prænotatio regressu Juda in patriam, et ultione à Domino expectandæ sanguinis iniquè fusi in Judæâ, historiam ultionis ipsius hic enarrare Isaias aggreditur. Primò autem illos, quos ea ultio feriet, sub nomine duorum ingentium colubrorum, vel sub duplici marinæ belluæ imagine innuit. *Leviathan serpens vectis*, id est, rectus porrectusque, designare potest Nabuchodonosorem, vel Assyrium; alterum vero, *Leviathan tortuosum*, pro rege Ægypti non male usurpaveris. Nobis verò ea sedet opinio: sub nominum hujusmodi emblemate latere eundem, qui apud Ezechielem Gog appellatur; Cambysem seu Holofornem. Plerique dicta hæc de diabolo exponunt, sed nos sensum historicum et litteralem persequimur.

IN GLADIO SEO DEBO, ET GRANDI. Septuaginta: *Gladium sanctum et magnum*. Gladius est numinis ira, ultio.

LEVIATHAN SERPENTEM VECTEM, colubrum immanem. Ad litteram: *Serpentem seu vectem*, magnum et longum, unius formæ. Hebræus reddi potest: *Serpentem fugientem, vel claudentem*, uti vectis fores claudit; et *fortem*, robustum. Suspicatur Bochartus, *serpentem hunc vectem esse eiganem* (Italis *pece mar-tello*, Gallis *baratello*) piscem notum Oppiano, Eliano, Galeno, et Suida, cujus caput neque planum, neque rotundum, neque acuminatum, neque altum est, sed ad utrumque latus porrigitur eum vectis.

LEVIATHAN SERPENTEM TORTUOSUM; anguem tortuosum, more serpentis vel anguillarum vario corporis flexu repentem. Solemne est Hebræis, pisces anguis et reptilis nomine appellare. Porro Isaias unum eundemque principem designat sub tribus hisce nominibus *Leviathani*, serpentis tortuosi, *ac Ceti*, qui in mari est. Babylon mare appellatur superius, 21, 1. Hæc omnia planè congruunt cum Cambyse, principe ævo, turbundo, crudeli.

(Calmet.)

qu'il a punis, a-t-il égalé celui des persécuteurs de son peuple?

8. Lors même qu'Israël sera rejeté, le Seigneur le jugera avec modération et avec mesure; il le cherchera les moyens de tempérer sa rigueur et sa colère, lors même qu'elle paraîtra la plus ardente.

9. C'est pourquoi l'iniquité de la maison de Jacob lui sera remise; et le fruit de tous ses maux sera l'expiation de son péché; lorsqu'Israël aura brisé toutes les pierres de l'autel, comme des pierres de chaux, et qu'il aura renversé tous les bois et tous les temples.

10. Car cette ville si forte sera désolée, cette ville si belle sera dépeuplée; elle sera abandonnée comme un désert; les jeunes boeufs viendront y paître et s'y reposer, et ils mangeront l'herbe qui y croîtra.

11. Leurs blés se dessècheront et seront foulés aux pieds; des femmes viendront les instruire; car ce peuple n'a point d'intelligence, et c'est pour cela que celui dont il est l'ouvrage n'en aura point pitié, et que celui qui l'a formé ne lui pardonnera point.

12. En ce temps-là, le Seigneur étendra sa main et ses plaies depuis le fleuve jusque au torrent de l'Égypte; et vous, enfants d'Israël, vous serez rassemblés un à un.

13. En ce temps-là, la trompette retentira avec grand bruit; ceux qu'on regardait comme perdus reviendront de la terre des Assyriens, et ceux qui étaient bannis reviendront du pays d'Égypte, pour adorer le Seigneur sur la montagne sainte, dans Jérusalem.

unde non levi conjecturâ ductus existimo esse nomen adjectivum, ut sit idem quod *teres seu lubricus*: raris sunt serpentis epitheta, et cum significatione quævis conveniunt. TORTUOSUM, serpenti tribuitur, vel quod in gyros torqueatur dum serpit, vel quod orbiculatus quiescat. Non solum autem figuram significat, sed quietem, imò et confidentiam in astutiâ et viribus suis. CETUM, *thamim*, draco est tam terrestris quam marinus. De *terrestri* dicitur, Exod. 7, et Ps. 91, de marino, Job. 7. Vide Plinium, lib. 9, cap. 5. Manifestum est autem quod tam Leviathan quam *Thynnus* typum gerant satanæ et antichristi, et regni quod in mundo habebat. Nam sicut mundum Scriptura mare, sic et mundi principes magnorum piscium nomine appellat, Ps. 74: *Tu conculcasti capita Leviathan*, id est, principes Pharaonis regis Ægyptiorum. Interpretationem tamen eorum qui hoc loco regem Assyrium et Ægyptium intelligunt, quorum alter ad Nilum, alter ad Euphratem imperabat, non probo. Nam sicut superiora de vastatione Judææ propter incirculitatem intelligenda sunt, ita hæc de Ejectione principis hujus mundi accipienda existimo, qui prædicatione verbis Dei, quod est penetrabilis *omni gladio accipit*, post vastatam Judæam de imperio cecidit. Nam idolorum cultus per Evangelium interit, et discipuli Domini serpentes tollebant, et calcabant super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici.

VERS. 2. — VINEA MERA. Puto in hæc voce consistere bonam partem intelligentiæ totius hujus capituli, quam assequi non ita facile est. Verbum *camar*, *turbidum* esse seu *latulentum* esse significat; unde herbarum nomen, quo vinum rubrum vocant Hebræi; quod olim in pretio erat, ut apparet ex Deut. 32. Idem quod vinum ex trovo Hebræis familiarî symbolum erat cala-

mitatis, afflictionis et vindictæ divinæ, ut apparet ex Ps. 75, ubi dicitur *quod Dominus propinaret peccatoribus calicem, in quo vinum esset rubrum, seu turbidum*, etc. Cum ergo de vastatione populi Dei superius verba fecisset, nam nunc quamnam ob causam hæc mala immissurus esset Deus in populum suum explicare decrevit propheta cantum, pro prophetis modo erat, *quod alternis jubet decantari vineæ populi Dei*, quam vocat *vineam turbidi*: quo nomine quodammodo ludit. Nam quæ vini pretiosus ferax fuerat, quod *turbidum* seu *rubrum* dicebatur, vinum turbidum de calice divinæ iræ esset ebibitura. *Pro cantare dixi alternis canere*; quia hæc est acceptio verbi interdum cum dandi casu constructi, ut Num. 21: *Ascende Beer, responde illi*, id est, alternis canite; et 1 Sam. 21: *Nome huic respondebat in choris*? etc.

VERS. 5. — EGO DOMINUS, qui, etc. Negare non possunt vel ipsi Rabbinî Vulgatum interpretem hoc in loco Hebræa reddidisse; nam juxta eorum distinctionem et ab eis assignatas interpretationes singula reddidit. Dicunt autem esse veluti dialogum quemdam Dei secum colloquuti, qui nunc propensum se ad misericordiam, nunc ad iram ostendit. Sed cum (ut ingenue fatear) non intelligerem quâ ratione partes hujus colloqui cohererent, et varietatem interpretationum (quæ difficultatis mihi est sæpè signum) conspicerem atque conferrem, hæsi planè, quousque abrasis punctis ac distinctionibus, rem mecum ac cum Deo tacitus cepti expendere. Tandem altera mihi interpretatio affulsit, quam hic apponere volui, non ut eam Vulgato aut aliorum commentariis præferam, sed in gratiam pii ac diligentis lectoris. Existimo autem esse dialogismum, cujus veluti titulus, in quo argumentum continetur, est: *Alternis canite vineæ turbidi*. Hoc autem tercio versu, qui est primus cantici, Deus loquitur ad hunc modum: *Ego Jehovah servo vineam hanc, vel conservator ejus sum*; qui rego, qui protego, qui curam ejus gero; *ad singula quoque momenta irigo eam*: hic mihi mox semper fuit, semper ad populum meum misi prophetas atque doctores, qui eum, tanquam vineam, coelestis doctrinæ imbribus rigarent. *Regam momentum* est: numero multitudinis cum *lamed*, ut hoc loco, est *ad momenta*, id est, singulis momentis, seu frequentissimè. *NE FORTE VISITETUR*, etc. Neque his, inquit Deus, beneficiis contentus, ne animalia aut fures eam devastent, *eam die noctaque cingo*, circumeo, non minus intentus, ne quis irruat ut nocent, quam qui obsidet civitatem, ne quis elabatur, aut in auxilium veniat. Potest enim esse hoc futurum à multis verbis, præsertim si puncta deleas. Mihi placuit iste sensus, cui favent verba R. Immanuelis in illud Psalmi: *Tu formasti me*, vel potius, inquit, *obsedisti me*, id est, circumdedisti me undequaque scientiâ tuâ instar exercitus, qui manet in obsidione contra civitatem, et circumdat eam, ne fugiant et evadant homines ex eâ. Significat ergo Dominus quod pro muro et custodibus illi populo fuerit: *Ne visitetur*, inquit, *contra eam vel ne recenseatur*, id est, ne quis secum rationem ducat ei nocendi. Hæc

est enim vis hujus constructionis, ut supra cap. 24: *Requirit contra militiam caeli*; et supra v. 1: *Super Leviathan, vel contra*, etc. Malui autem verbo *cingendi* reddere propter verbum, *ne visitetur*, aut *requiratur*, *contra eam*; vigiliis enim et hujusmodi circumventionibus obviare solemus et præcavere repentinas irruptiones. Has avertet Dominus à populo suo.

VERS. 4. — Hoc secundo cantici versu inducitur ipsa vinea loquens in hunc modum: *Murus non est mihi*; *quis daret me sentes et spinas in bello*? Quæ certè verba sunt et ingrati et infidelis animi, qui spreto Dei favore et Dei protectioni diffidens humana auxilia anxius quærit: qui morbus adèò Judæorum peculiaris fuit ut vix sit in Scripturis pagina que eorum ingratitude atque diffidentiam non coarguat. Loquitur autem populus sub nomine vineæ, ideòque in eadem similitudine perseverans, ubi sibi deesse murum dixit, *sentietum* seu *vepricetum* optat, quo circummuniri solent vineæ. Vide supra 5, et 7, 25. Populus ergo Israel non satis munit et munitionibus civitatum suarum fidens, auxiliares copias hastatorum et sagittariorum sibi adesse optat, quibus possit belli tempore hostibus resistere, et Romanos aut quosvis alios propulsare. Supra, 40, 17, videlicet his ipsis nominibus *spinarum* et *veprium* significatas militum acies. At quis ignorat *comah*, aliis atque aliis punctis, *solem*, *soecrum*, *iram*, atque *murum* significare? Non dicit autem: *Quis dabit mihi*, sed *me*; nempe quod totus optaret in armatos milites converti. Quæ sequuntur autem in eodem versu verba sunt Domini: *Transgrediar contra eam, succendam eam pariter*. Hæc est diffidentia et ingratitude Judæorum pœna. *Transgrediar*, inquit, *contra eam*, id est, transieram me ad hostes; hostium posthæc jam partes agam, et adversus eam pugnabo. Hæc est vis verbi *phaschah* cum *beth* constructi. Quòd si in *vepres* et *spinas* tota versa sit, *succendam eam pariter*, veluti ignis qui sentietum depascit. Hic mecum considera, christiane lector, quàm iniquo animo ferat bonus Deus noster, si oblatum ipsius auxilium (quod certè omnibus piis et in se confidentibus certò promittit) respuentes, alunde nobis vires et alia nobis propugnacula paremus. Quod compositæ historie lib. Reg. et caput hujus prophetae, 7, etc. Nota quoque est illa maledictio Jeremiz in eos qui *ponunt carnem brachium suum*, et à Deo recedat cor eorum.

VERS. 5. — Etiam, hoc versu et sequenti, verba sunt Domini: *Utinam, ô si apprehenderet unitionem meam!* ô si pacem mihi (vel mecum) faceret; *pacem*, inquam, *meam faceret!* Quantum, inquit, præstitisset populum hunc faceret ac tenaciter meum munitionem apprehenderet! O quam benè sibi consulisset! ô si non alium murum, non alios milites, quàm me voluisset! ô si mecum pacem voluisset facere! ô utinam pacem mecum stabilem servare voluisset! Sequenti versu sequitur quid inde luci consequeretur. Similis locus est Psal. 81: *Utinam populus meus audisset me*, et Israel in viis meis ambulasset! ubi rependa est particula optantis, et futurum eodem modo

accipiendum ut hoc loco. *Mahon* hic accipi sicut supra 25 ubi dicitur de Tyro quod esset *munio maris*, et 25, quod Dominus fuisset *munio iopi*, et mille aliis locis. Supra autem v. 5, Dominus dixerat quod *eum servasset et cinctisset*, etc., de hac munitione hic ergo sermo est. Hanc certe apprehendit Iosaphat quando in oratione dicebat hoc tantum residui sui sibi esse ut *oculos suos ad Deum dirigerent*, etc.; alii etiam sancti viri hoc nomine *mahon*, sepè Deum suum vocabant; Ps. 57, 51 et 27: *Dominus munio vite mee; à quo trepidabo?* Hanc mentem igitur illis optat benignissimus pater quam habent pii omnes: insuper ut cum Deo voluissent pacem, non bellum. Hanc quoque Dominus flets super Jerusalem Judæis optabat, cum diceret: *O si cognovisses et tu, Jerusalem, que ego novi; certè in hac die tuâ, que ad pacem tibi necessaria foret comparares, fidem videlicet in Filium Dei et agnitionem visitationis divinæ. Hæc quoque facit quod ex Evangelio habemus, prudenter regem qui pauciores habebat copias legationem de pace mittere ad eum qui cum multo majoribus venit. Verum etiam si qui Dei adiutorium despiciat, Deum non sibi tantum redderet inimicum, adhuc tamen imprudentiæ convinceretur. Quid si ad hostes hæc ipsa diffidentia eum transire compellimus? Illa quoque pacis repetitio indicat quantum hanc pacem optarit piissimus Deus. Non dubium quin, cum de vastatione populi Israelitici hic sit sermo, Filius Dei Dominus Jesus sit illa *munio* quam apprehendere, et *pax*, seu *pacis* auctor, per quem reconciliari velle debuissent.*

VERS. 6. — QUI EGREDIANTUR. Quia juxta interpretationem nostram hic versus à superiori pendet, quo explicatur quæ bona consequerentur Israelitæ, si cum Deo pacem facerent, etc.; futura per subjunctivum, quo carent Hebræi, vertenda duxi; quod quia plerique interpretes non animadvertunt, secuti Rabbinos, participium *bain*, id est, *venientes*, temporis esse dixerunt, et nomen *dies* de suo supplent, nescio quâ autoritate. At Vulgatus interpret *isacherech* in secundâ conjug. accepit, in quâ *eradicare* significat, et pro *egredientes eradicabitur* Jacob dixit: *Qui impetu egredientur à Jacob*, id est, qui ab eo resiliunt, et infidelitatem aliorum sequi nolunt, *facient scilicet pacem necem*. Ego eam quam cepi interpretationem secutus, participium *venientes* cum nomine *Jacob*, proinde etiam cum verbo singulari *radices* ager construemus putavi. Abiuntur autem verbo *venienti* sapientissime pro continuationis aut pro temporis particulâ, *tandem, paulo post*: *Venientes veniant cum exultatione*, id est, paulo post venient, tandem venient; sicut supra cap. 2, pro *agite se adeste* dixit: *Venite et ambulemus*. Ita accipere possumus hoc loco: *Tandem radices agetur Jacob*. Nam *scharasch* in tertiâ est *radicare, radices agere*; ut Psalm. 80: *Radixit radices suas, et implevit terram*. *Radices*, inquit, *agerent filii Jacob*, non irent in captivitatem, sed stabiles essent in patriâ; *florere* etiam, seu prosperè agerent, ut fuit in diebus Davidis et Salomonis: *Germinarent* quoque, et fructus suavissimos producerent; *uas*, non *labruscas*; *usti-*

tiam, non *clamorem*; *fidem* et *miseri cordiam*, non *perfidiam* et *immanitatem*; *insuper et totum orbem proventu* (seu *fructu*) *implerent*, supra modum multiplicarent, et per totum orbem colonias possent deducere. Similis usus est futurorum in eo loco Psalm. quem supra adduxi: *Utinam Israel audisset me*, etc. *Civis civitatis inimicos illorum humiliabo, et super oppressores eorum reducam manum meam*, id est, humiliarem, reducerem, etc.

VERS. 7. — NEMQUID JUXTA, etc. Chorus loquitur. Dixerat iratus: *Transgrediar contra eam, succendam eam pariter*: Interrogatur ergo propheta: *Nunquid ita offenderent ut caderent? nunquid repelleret Dominus populum suum? num funditis delere decrevisset? Nunquid percussit eam juxta plagam percutientium Israelæm?* id est, num Dominus percussit Israelæm, ut eum percutere solent percussores ejus? vel sic: *Nunquid ita interficiendus est totus Israel quemadmodum occisi jam sunt plerique ex eis?* Hunc sensum videtur secutus Vulgatus; alii aliter alienantulum. Juxta variationem enim punctuorum variè quoque reddere potes, sed eodem ferè sensu; an scilicet *plagâ inimici*, ut alibi ait, *percussit Israelæm?* Ego certe phrasim quandam Hebræis peculiarem hic esse existimo, quâ interdum et nos utimur: *An percussit eum quasi percuteret eum?* id est, percussit eum, quemadmodum percutit is qui ex animo percutit, et nihil aliud vult quam percutere? aut ita interficit et eo animo quo hostes eum hæcenus interfecerunt: qui nihil aliud volebant quam delere et impotentis animo satisfacere? Nam *harugân*, diversâ punctatione activum aut passivum est. Ipsi enim Hebræi in his variâ, ut manifestum sit non eandem omnibus et invariabilem fuisse prolationem, et vocales non olim appositas fuisse in Bibliis. Quod idèò sæpius repetimus quia ex hæc unâ re explicationem difficultium locorum pendere videmus.

VERS. 8. — IN MENSURA CONTRA MENSURAM, id est, ut mensuravit, sic remetietur ei. Hunc sensum putavi Vulgatus latere in duplicato nomine *sasah*, quod duplicatum sit *seah*; q. d.: *In mensurâ mensuræ*. Sed dicere possumus esse verbum secundæ conjug. à nomine *seah* deductum, quod mensuram aridorum notat quam existimo in Evangelio voce consonâ *satum* dici. Hinc verbum duplicatum pro *mensurare sato*. Respondet ergo propheta: *Non repulit populum suum; non plagâ inimici percussit; non quasi ex animo, ac delere volens; non simul effundet omnem iram suam; sed tu, Domine, castigabis eum atque corripies in mensurando, in dimittendo*; id est, implendo mensuram, atque effundendo eam. Similis in castigando cris mensuranti sato tritico. Quo significat, neque omnino delendos, neque omnino à castigatione supersedendos; sed adhibito modo et regulâ quâdam, ut post flagella alia flagella congeminet, quasi qui non punire ex animo velit, sed justum judicium exercendo ad penitentiam adducere. Quod autem verbum *schâlac*, id est, *misit*, etiam de effusione dicatur, vide Job 5: *Mittit aquas super superficiem platearum, et*

Unde quod me nonnulli afferunt ex Rabbinis, ut *schâlac* sit *fructus hortorum* (præterquam quod nusquam in singulari, sed semel in plurali reperitur *schâlachim*, id est, *emissiones seu plantæ*, Cant. 4), ridiculum est, et nihil ad rem facit, cum non nocendum hortis, sed civitates exurendas, et terram vastandam hoc capite non obscure significet. Est ergo infinitivus cum affixo feminino, et ita accipit Vulgatus, qui veritati propius semper accedit. Pudet hic Munsteri versionem, quam rectius corruptionem dixeris, apponere. *JUDICABIS URAM; rib* non solum dicitur de eâ contentione quæ fit verbis, de disceptatione videlicet et lite, sed interdum de eâ que factis et operibus constat, ut Jud. 11, et Gen. 26. Hic etiam sensus hoc loco esse potest: *In mensurando, in dimittendo litigabis cum eâ*, id est, æquo jure cum eâ litigabis. Sed prior interpretatio simplicior est. *MEDITATA EST*. De populo Israelitico intelligenda sunt hæc; estque rursus vox chori; *Ingenitum Israel in spiritu suo illo duro ac pertinaci, quem ad penitentiam flectere vix quisquam potest. Jam dolet, jam penitet; vel jam præ vi doloris genens spiritum difficulter trahit, cum spiritu difficili genit; sicut accidere solet dum fiat ventus subulans seu orientalis, qui in æstate est calidissimus: sic Israel, dum affligitur, dum uritur, ingemiscit. Et de iis dicitur qui ad cognitionem erroris et infidelitatis suæ pervenerunt ex consideratione divinæ vindictæ.*

VERS. 9. — IURICO. Respondet propheta: *Igitur propter hoc ipsum, quod si ingemiscit et dolet, expiabitur ejus iniquitas; imò hic omnis fructus est, nihil aliud Deus illâ correptione volebat quam auferre erratum ejus*. Non percutiebat ut percuteret, sicut hostes faciunt; sed ad hoc percutiebat, ut auferret peccatum, adducendo videlicet Israelæm ad penitentiam; quam veram esse hæc unâ re comprobabit, *si redigat lapides altarium, que in honorem falsorum deorum exerant, in pulverem, quemadmodum lapides calcis; nec posthæc luci aut simulacra erigantur, aut constant*. Et hæc puto germanam expositionem hujus loci. *SUPER hoc, beroth, in hoc*, id est, hæc unâ re, et hæc unâ lege seu contentione, nempe si doleat; vel *in hoc*, id est, propter hoc, quod sic doluit. *DIMITTETUR INIQUITAS; caphar*, ut jam dixi, propriè est *oblitterare, vel rem quampiam pice, bitumine, calce, etc., tegere*. Hinc (quia que non videntur et occulta sunt non puniuntur) transferatur ad expiationem seu emundationem, ut apparet ex Ezech. 45: *Accipies de sanguine ejus, et ponas super quatuor cornua ejus, expiabisque illud, et expurgabis illud*; et Levit. 16, non semel. Hanc translationem eleganter insinuat Jacob, cum ait de muneribus que mittebat fratri suo, *ellepharab faciem ejus unnerere; operiam, inquit, faciem ejus*; id est, faciam muneribus his ut erga errata mea sit veluti oblecta facie, et immemor sit omnis injurie. Hoc ipsum crediderim Abimelech voluisse significare Gen. 20, quando *mille argenteos* quos dabit Abraham vocavit *operimentum* (seu *velamen*) *oculorum Sarre, et omnium domesticorum ipsius*; ut omnes illi condonarent injuriam, tanquam qui oculos velatos

haberent, et nihil criminis viderent. Quare non male hic verbo *dimittenti*, *condonandi aut expandi* reddere poterimus. Et hic omnis fructus. *Hunc solum fructum castigationis sua habere vult Dominus, auferre erratum ejus*. Quia manifestius ad commendandum nobis divinam bonitatem, adeoque ipsam Dei justitiam, dici potuisset? *Cum posterit, ad verb. in ponere ipsius*, id est, *si ponat ipse, vel modo ponat ipse*. Vel ablativo *peccati* in hoc consistit, *si ponat ipse lapides, etc.* Hic nota, non sufficere gemitus, suspiria et dolorem animi, nisi etiam tollantur peccati et signa et incitamenta, et suis Deo honores reddantur; dum videlicet nihil eorum que oculis divine majestatis displicent stare ultra conspiciuntur. Quò facit vehementer illa hyperbole, ut *lapides altarium in pulverem redigantur*; quemadmodum et Moses vitulum aureum in pulverem comminutum in potus dedit, ut in secessum mitteretur, nullaque impietatis vestigia remaneret. Quod quãntum non fit, neque dimissum erratum nobis condidamus. *DELUBRA*, jam supra dixi propriè esse *solis simulacra*. Sed credo pro aliis idolis etiam accipi. Hæc autem nomina *locorum* et *simulacrorum* solent scæci Judæis imponere, ut hunc et similes locos ad tempora Jesu non referant; cum, ut jam supra non semel annotavi, istis vocibus obtulerint prophete sua oracula. Per ea autem intelliguntur avaritia, invidia, superbia, cæteraque hujusmodi pestes, quas colentes Judæi, et ab eis recedere nolentes, à Deo percussi sunt; neque ejus vindictam unquam evadent, nisi qui penitentiam egerint.

VERS. 10. — CIVITAS ENIM. Ego hic conjunctionem, ut sæpè aliis, vim adversativam habere existimo; q. d.: *At non ita futurum est; non aget penitentiam; non auferetur ejus peccatum; non destruet aras, etc.*, non igitur *forebit*, non *germinabit*, etc.; *sed civitas munita desolata erit, etc.* *Civitas* autem collectivè pro *civitatibus* accipitur estque sermo de vastatione Judææ tam temporali quàm spiritali; simul enim utraque contigit. *Civitates*, inquit, ad quas solent ex pagis confluere propter muros, etc., *erunt solitaria*. *SPECIOSA*. Nomen *naveh* passim in Scripturâ pro *oco amano, granivivo* et *pascuo* accipi videtur: deinde et *pro rure*, adeoque et *pro ipsis qui ruri habitant*, accipitur, Psalm. 68. Cum ergo *civitates* dixisset in *solitudine redigendas, loca amena et pascua* dicit *quæ derelinquenda*; ut tam civitates quàm villule sint desertis similis. *INI PASCUTA VITULES*. Hic jam figuratè Titum designari puto Vespasiani filium, qui *summitates seu prominentias* omnes, et quidquid excelsum, quidquid eminent, quidquid veluti à corrosione et consumptione tutum videbatur in populo illo, imò quidquid fructiferum, ejusmodi sunt vineæ prominentes palmetes, corrosi, decerpiti atque absumpti, sicut si *vituli vineam depaserent*. Ad metaphoram itaque vineæ redit.

VERS. 11. — IN SICCIATÈ, *bi*, id est, cum. Est autem hebraismus, quo nos quoque Lusitani utimur, *id est, pro sicciatè; cum frigore*, id est, *pro frigore*. *Messis ILLIES*. De nomine et acceptione *ketzir* vide supra, 18, quod *decurationem putationemque signi-*

fect, et aliquando palmites ipsos qui amputantur. DOCENTES EAM, participium or est à verbo *meiroth*, quod in *hiphil* significat, illustrare, illuminare, lucidum facere. Quare non mirum quod Vulgatus pro docere acceperit, præsertim cum mox appellet populum *insipientem*. Quæ est autem major insipientia quam à feminis doceri? Sed perseverando in vineæ metaphora alius sensus est, quem in versione expressi. Solent enim feminæ colligere fractas vitas et ramusculos, ut ignem succendant. Comparat itaque synagogam, imò totam Judæorum rempublicam, vineæ cuius palmites præ ariditate franguntur, quos in ignem colligere solent. Hunc locum illustrat ille Joan. 15, ubi Dominus se vineæ comparat, nos palmitibus; ubi tandem ait: *Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, et aresecit, et colligit eum, et in ignem mittit*, etc. Cum ergo maxima Judæorum pars exciderit et aruerit, igni aptos eos esse declarat; ut ad hunc locum allusisse Dominum existimem. Accipitur autem hic participium *meiroth* sicut verbum ipsum Psal. 18: *Tu illuminas lucernam meam: accendis, etc.* NON EST POPULUS SAPIENS. Non hoc tantum loco sed et aliis plurimis tribuitur Judæorum perditio ignorantie; nam *Deus hujus seculi obcæcavit mentes eorum, ne fulgeret illis Evangelium gloriosum Dei beatissimi*. Videntes non viderant, et novissima non consideraverunt, neque agnovissent tempus visitationis suæ, etc. Non apprehenderunt ergo Christum, neque munitionem Dei, imò reproban-tes eum, et Cæsari volentes subjecti esse, à Cæsare vastati sunt. Nam quia oblitus sunt Dei, et eum qui ipsos fecerat non cognoverunt, tradidit eos dilaniandis absque misericordiâ, etc., neque eos gratificare voluit, id est, in gratiam recipere, atque illis reconciliari; sed projiciens repulsi, iratus contra eos vehementer, ut est in ultimis Lamentationum Jeremiæ verbis.

VERS. 12. — PERCUTIET; verbum, *cabat* propriè est *excutare* cum quadam succussione, ut fit in excussione frumentorum: unde et verbo *terendi* reddi posset. AB ALVEO, nomen in genere significat ductum, actum, cursum seu fluxum, secundum ejus rei de qua dicitur conditionem. Hoc certè loco *schiboleth nahar*, ipse fluvius Euphrates dicitur, qui, veluti quædam semita, suo alveo fertur placidus. Quia verò de trituratione erat sermo, venuste ludit in verbis. *Culmi enim cum spicis*, qui eadem voce Hebræis dicuntur, triturantur; quasi significet *habitatores Euphratis* tritrandos, veluti frumentum, ut ex illis, veluti ex paleis, educat *Israelitas*, veluti grana. Idem intellige de fluvio *Ægypti*, id est, *Ægyptiis*. Per utrosque autem intellige omnes hostes populi Dei, qui direxerant servos Dei; è quorum tyrannide, cum Domino videtur, eripiuntur pii. Imò intellige universas gentium nationes,

CAPUT XXVIII.

1. Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, et flori decedenti, gloriæ exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguisimæ, errantes à vino.

2. Ecce validus et fortis Dominus, sicut impetus randinis; turbo confringens, sicut impetus aquarum

nes, inter quas erant dispersi filii Dei, quos ante mundi constitutionem Deus in regnum Filii sui prædestinaverat; qui sunt veri Israelitæ, qui sectantur fidem patris sui Abraham; quos venit Filius Dei et congregaret in unum, ut est apud Joannem. Quam dispersionem atque collectionem si Jadaei intelligerent, nequaquam in peccato morerentur. Cum ergo propheta vastationem vineæ Dei descripsisset, et abjectionem populi electi, causis etiam appositis, decantasset, more prophetico, quoniam pacto promissiones factæ patribus adimplendæ forent, non potuit tacere; et de sanetis reliquiis, quas totius prophetiæ suæ bonam partem supra esse diximus, inserit sermonem; paucitatem autem servandorum explicat illâ loquendi formâ: *Unus et unus*, vel, ut est in Hebræo, *aa unum unum*, vel *post unum unum*; quod non dicitur nisi ubi est electio et paucitas. Unde has reliquias electionem vocat Paulus ad Rom. Neque aliud in his verbis *triturationis* et *collectionis* hoc loco intelligas quam electionem filiorum Dei ex medio nationum.

VERS. 15. — IN TUBA MAGNA. Jam quod obscure dixerat planius effert, quòd scilicet per præbicationem Evangelii facta fuerit illa triturationis et electionis. *Habere enim ventilabrum in manu dicebat Joannes, ad permundandum aream suam*, etc., eandem rem aliis verbis significans. Conciuntur autem mentis prædicatione Evangelii, et manifestantur consilia cordium, et præordinati ad vitam fidem adhibent, ut est in Actis Apostolorum, *cæteri verò indurantur*; et à duobus qui in uno lecto sunt alter assumitur, et alter relinquitur. Verùm enim verò quia *terendi seu excutiendi* verbum durum aliquantulum videbatur, possentque dicere homines: *Si ego palea sum, non est quòd triticum effici possim. Me fecit Deus in contumeliam; non possum esse vas in honorem. Quid commerui?* Omittit propheta illam metaphoram, in qua non nisi effliciam Verbi et dignitatem filiorum Dei voluit significare; et nomen *tuba* inducit, cujus clangor ab omnibus auditur; sed non omnes obediunt Evangelio; ut cujusque voluntatem præcipuum indurationis et derelictionis causam insinaret, non Domini ordinationem. Cæterum *schophar tubam* in sacris litteris, non *cornu*, ut quidam volunt, significat. Habet autem appellationem ab expansione seu diffusionem clangoris, qui formatur impressione cum spiritus tum manuum: et ipsa radix *schophar* explanationem notat, et verbum quocum constituitur impressionem. *Atorabant in monte*, etc. Nominibus *montis sancti* et *Jerusalem* non possunt decipi nisi increduli Judæi, qui restitutionem suæ reipublice expectant. Nos autem scimus esse Ecclesie nomina quæ est in vertice montium, extra quam non est pax aut felicitas, sed neque morum sanctitas.

CHAPITRE XXVIII.

1. Malheur à la couronne qui est pleine d'orgueil, aux ivrognes d'Ephraïm, à la fleur passagère qui fait leur faste et leur joie, à ceux qui habitent au haut de la vallée grasse, et que les fumées du vin font chan- celer.

2. Le Seigneur fort et puissant sera comme une

multarum inundantium, et emissarum super terram spatiosam.

3. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim.

4. Et erit flos decidens gloriæ exultationis ejus, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante matritatem autumnii: quod cum aspererit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud.

5. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, et sertum exultationis residuo populi sui.

6. Et Spiritus judicis sedenti super judicium, et fortitudo revertentibus de bello ad portam.

7. Verùm hi quoque præ vino nescierunt, et præ ebrietate erraverunt; sacerdotes et propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium.

8. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita ut non esset ultra locus.

9. Quem doceret scientiam? et quem intelligere faciet auditum? ab lactatis à lacte, avulsos ab uberibus.

10. Quia manda, remanda; manda, remanda: expecta, reexpecta; expecta, reexpecta; modicum ibi, modicum ibi.

11. In loquelâ enim labii, et lingua altera loquetur ad populum istum.

12. Cui dixit: Hæc est requies mea, refectio lassum, et hoc est meum refrigerium, et noluerunt audire.

13. Et erit eis verbum Domini: Manda, remanda; manda, remanda: expecta, reexpecta; expecta, reexpecta: modicum ibi, modicum ibi: ut vadant, et cadant retrorsum, et conterantur, et illaqueentur, et capiantur.

14. Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Jerusalem.

15. Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non venit super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, et mendacio proteci sumus.

16. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mitam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, lapidem angularem, pretiosum, in fundamento fundatum: qui crediderit, non festinet.

17. Et ponam in pondere judicium, et justitiam in mensurâ: et subvertet grandis spem mendacii: et protectionem aquæ inundabunt.

18. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem.

19. Quandocumque pertransierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertransibit, in die et in nocte: et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.

20. Coagustatum est enim stratum, ita ut alter decidat: et pallium breve utrumque operire non potest.

grêle impétueuse, comme un tourbillon qui brise tout, comme un déluge d'eaux qui se répand sur une grande campagne et qui l'inonde.

3. La couronne d'orgueil des ivrognes d'Ephraïm sera ainsi foulée aux pieds.

4. Et cette fleur passagère qui fait la vanité et la joie de celui qui habite au haut de la vallée grasse, sera semblable à un fruit qui est mûr avant les autres fruits de l'automne, que celui qui l'a perçue prend de la main, et dévore à l'instant.

5. En ce jour-là, le Seigneur des armées sera une couronne de gloire, et une guirlande de fleurs et de réjouissance pour le reste de son peuple.

6. Il sera un esprit de justice pour celui qui sera assis sur le tribunal de la justice; et il sera la force de ceux qui reviendront du combat à la porte de Jérusalem.

7. Mais ceux-ci mêmes sont si pleins de vin, qu'ils ne savent ce qu'ils font; ils sont si ivres, qu'ils ne peuvent se soutenir; le prêtre et le prophète sont sans connaissance dans leur ivresse; ils sont absorbés dans le vin; ils chancelent comme étant ivres; ils n'ont point connu la prophétie; ils ont ignoré la justice.

8. Toutes les tables sont si pleines de ce que rejettent ceux qui vomissent, et de saleté, qu'il n'y reste plus une place nette.

9. A qui le Seigneur enseignera-t-il sa loi? A qui donnera-t-il l'intelligence de sa parole? Ce sera à des enfants qu'on ne fait que de servir, qu'on vient d'arracher de la mamelle.

10. Instruisez, instruisez encore; instruisez, instruisez encore: attendez, attendez encore; attendez, attendez encore: restez un peu ici, restez un peu ici.

11. Car le Seigneur parlera désormais d'une autre manière à ce peuple, il ne lui tiendra plus le même langage.

12. Il lui avait dit autrefois: C'est là mon repos; soulagez-moi dans ma lassitude, c'est là mon rafraîchissement. Et cependant ils n'ont point voulu l'entendre.

13. Et ainsi s'accomplira en eux cette parole du Seigneur: Instruisez, instruisez encore; instruisez, instruisez encore: attendez, attendez encore; attendez, attendez encore: restez un peu ici, restez un peu ici; de sorte qu'ils sortiront du lieu qu'ils occupent; ils seront renversés en arrière, ils seront brisés, ils tomberont dans le piège, et ils seront pris.

14. C'est pourquoi écoutez la parole du Seigneur, vous qui vous moquez de lui, qui exercez votre domination sur mon peuple qui est à Jérusalem.

15. Car vous avez dit: Nous avons fait un pacte avec la mort, nous avons contracté une alliance avec l'enfer, de sorte que, lorsque les maux se débordent comme des torrents, ils ne viendront point jusqu'à nous, parce que nous avons établi notre confiance dans le mensonge, et que le mensonge nous a protégés.

16. Voici donc ce que dit le Seigneur Dieu: Je vais mettre pour fondement de Sion une pierre, une pierre éprouvée, une pierre angulaire, précieuse, qui sera un ferme fondement. Que celui qui croit ne se hâte point.

17. Et j'établirai un poids de justice, et une mesure exacte d'équité, et la grêle détruira l'espérance du mensonge, et un déluge d'eaux emportera la protection qu'on en attendait.

18. Alors l'alliance que vous avez contractée avec la mort sera rompue, et le pacte que vous avez fait avec l'enfer ne subsistera plus; lorsque les maux se débordent comme un torrent, vous en serez aux prises.

19. Aussitôt qu'ils se répandront, ils vous emporteront; et ils se répandront dès le matin, sans discontinuer ni jour ni nuit; et l'affliction seule vous donnera l'intelligence de ce qu'on vous dit.

20. Car la couche est si étroite, que de deux per-